# De sancto Ipolito.

Laurentio simul pereas Cui ypolitus. Exem-
plum merear beati Laurentij fieri. quem tu
ore polluto ausus es noiare. Tunc deci⁹ fe-
cit eum fustibus ⁊ pectinib⁹ ferreis laniari
Ille autē se xp̄ianum esse voce clara confi-
tebatur. ⁊ cum tormenta hmōi derideret ve-
ste militari qua antea vtebatur eū vestiri fe-
cit. hortans vt amiciciā ⁊ miliciam pristinā
retineret. Qui cum ypolitus diceret se xp̄o
militare: decius ira repletus valeriano pre-
fecto eum tradidit vt omnes facultates ei⁹
acciperet ⁊ diris tormentis eū interficeret
Inuento ꝗ ꝙ eius familia xp̄iana esset ad-
ducti sunt omnes ante ipsius conspectum
Qui cū ad sacrificia cogerent̄. Concordia
nutrix ypoliti ꝓ omnibus respondit. Nos
cum dn̄o nostro maluim⁹ mori pudice ꝗ̄
viuere impudice. Cui valerianus. Gen⁹
seruoꝝ nisi cū supplicijs n̄ emendat̄. Tūc
presente ypolito ⁊ gaudente iussit eam tam
diu plumbatis cedi quousq̄ spiritum emi-
sit. Dixitq̄ ypolitus Gr̄as ago tibi domi-
ne qꝛ nutricē meam ante ꝯspectū sanctorū
moꝝ p̄misisti. Deinde extra portam tiber-
tinam valerianus ypolitū cum familia sua
duci fecit Ipolitus autē omnē familiā ꝯfor-
tans dixit Frēs nolite metuere. qꝛ ego ⁊
vos vnum dominū habemus. Iussitq̄ va-
lerianus vt in ꝯspectu ypoliti omnib⁹ capi-
ta āputarentur Ipoliti vero pedes ābos ad
colla indomitoꝝ equorum fecit ligari: ⁊ ꝑ
carduos ⁊ tribulos tam diu trahi donec spi-
ritum exalaret. Obijt circa annos domini.
cclxvi Eoꝝ autem corpora iustinus presbi-
ter rapuit. ⁊ iuxta corpus sancti Laurētij se-
peliuit. Corpus vero sancte ꝯcordie inueni-
re nō poterat. qꝛ fuerit in cloacam ꝓiectum.

Miles quidam nomine porphiri⁹ cre-
dens beatā concordiā aurum aut gemmas
in vestimentis habere ad quendā cloacari-
um nomine hyreneū qui erat occulte xp̄ia-
nus accessit ⁊ dixit. Secretum custodi et
extrahe corpus concordie de cloaca qꝛ spe-
ro ꝙ aurum aut gemmas in vestib⁹ suis hꝫ
Cui ille. Ostende mihi locū ⁊ secretum ha-
bebo ⁊ quicquid inuenero nunciabo Cum es-
set extractum fuisset ⁊ nihil inuenisset. miles ille
ꝯtinuo fugit ⁊ hyreneus vocato quodam
xp̄iano nomīe abundo corpus ad sanctum
iustinum detulit. Qui ille deuote suscipiēs
iuxta corpus sācti ypoliti ⁊ alioꝝ sepeliuit.
Quod valerianus audiens hyreneū ⁊ abun-
dum tenuit ⁊ ambo in cloacā viuos misit.
Quoꝝ corpa iustinus rapuit ⁊ cum alijs ꝯse-
peliuit. Post hoc decius cum valeriano in
aureū currum ascendit ⁊ pergunt ad āphi-
theatrū vt crucient xp̄ianos. Arreptus er-
go decius a demonio clamabat. O ypoli-
te cathenis ⁊ asperis vinctum me ducis.
Valerianus similiter exclamabat O Lau-
renti igneis cathenis me ligatū trahis ⁊ ea-
dem hora valerianus expirauit. Deci⁹ au-
tem domū reuersus triduo a demone vexa-
tus clamabat. Adiuro te laurenti modicum
cessa a tormentis ⁊ sic miserabiliter mortu-
us est Quod vxor eius triphonia crudelis vi-
dens dimissis omnibus currit ad sanctum
iustinum cum filia sua cirtilla ⁊ ab eo cum
multis alijs baptisari se fecit Alia vero die
dum oraret triphonia spm̄ emisit. Cuius
corpus iustinus p̄sbiter iuxta corpus sanc-
ti ypoliti sepeliuit. Audientes. xlvij. mili-
tes ꝙ regina et eius familia xp̄iani facte es-
sent venerunt cū vxoribus suis ad iustinum
presbiterum vt baptisma susciperēt Quos
om̄es dyonisi⁹ qui scō sixto successerat ba-
ptisauit. Claudius autē imperator Cirillam
cū sacrificare nollet iugulari fecit ⁊ ceteros
milites decollari: quoꝝ corpa in agro vera-
no cū ceteris sepeliunt̄. Et aduertendū ꝙ
expꝛesse habetur hic ꝙ illi decio qui Lauren-
tium ⁊ ypolitum martirisauit successit clau-
dius Claudius autē non successit decio im-
peratori. imo dc̄io successit fm̄ croīcas volu-
sian⁹. volusiano galienus. galieno claudi⁹
oportꝫ ergo dicere vt videt̄ ꝙ aut galien⁹
fuerit binomius ⁊ ꝙ dcūs sit galienus. et
decius sicut dicit vincen. in cronica sua ⁊
gof. in li. suo aut ꝙ galienus ī sui adiutori-
um quendā nomīe deciū fecerit cesarē. nō

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0296
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG